









1703.

1. Berger, Fr. Gottfriedus: De vi opii rarefaciente.
2. Berger, Fr. Henricus, Ordinis juridici... Decanus:  
Lectori s. p. d. (ad dissertationem Georgii Christophori  
Buklii invitata)
3. Berger, Fr. Henricus: An in contractibus rerum fungibi-  
lium ex tempore morae praestanda sit aestimatio  
maxima?
4. Fischbeck, Christianus Michael: Societatem hanc ge-  
neralem juris naturalis fundamentum esse...  
publice demonstrabit.
- 5<sup>ae</sup> = Normis, Korp. Hein: De contumace non appellante.  
a. B. Brempl.  
b. Schurzfleischer  
6. Schurzfleischer, C. S.: Ex liberata formulae Dicit  
causa... explicatam reddet.
7. Seebach, Henr. Ernest: De studio juris recte instituentis.
8. Straussius, Gottfriedus: De poena temere litigantium.

9. Kraussius, Godtfr: De interdictis
10. Wunderschilde, Gottlieb: De spiritu teste fidelium  
internus
11. Wunders, Fr. Balthes: De continentia causarum
12. Wunders, Fr. Balthes: Dissertatio juridica V.  
1704.
1. Berger, Fr. Henricus: De profectione uxori, in primis  
Saxonicae, in bono mariti competence.
2. Berger, Fr. Henricus: Liberalitatem necessariam  
sive Donationes, ad quas jure obligemur. . . publica  
proponet. . .
3. Berger, Fr. Henricus: De cessione privilegii fiscalis  
~~et~~
4. Berger, Fr. Henricus: De cessione privilegii feudalis  
9d. 2. 1719.
5. Berger, Fr. Henricus: De usu actionum. 1704
6. Clodius, Johannes: Quid patronus ecclesiae  
debeat nimirum?

7<sup>a</sup>. <sup>h.</sup> Fobigerus, Jo. Gottfr.: De damno, ejusque ad restitutionem  
obligatione.

8<sup>a</sup>. <sup>h.</sup> <sup>h.</sup> Hornius, Krup. Henricus: De probatione per testes caute  
instituenda.

9<sup>a</sup>. <sup>a</sup> Klauwing, Henricus: veris scientiarum mathematicarum  
existimatoribus: --, civibus et commercialibus suis  
longe honoratissimis s.p. v. (ad praedicationes  
publicas invitat)

9<sup>b</sup> <sup>h.</sup> Luhn

10. <sup>a</sup> Naevius, Joh. Carolus, Ordinis praedicatorum: Decanus:

lectori benevolae cultum studique offert (ad dispa-  
lationem Johannis Georgii Boernerii invitat)

11. <sup>a</sup> Naevius, Joh. Carolus: De patria potentate et  
eius principali causa legitime matrimonii.

11<sup>b</sup> <sup>h.</sup> Schwarzius

12. <sup>a</sup> Sperling, Paul Gottfr.: De fluxu mensium rivicis.  
Offenbach. Wittenberg 1704.

13. <sup>a</sup> Spating, Paul Gottfr.: De cardialgia.

14. <sup>a</sup> Strauss, Gottfr.: De casu facienti nocivo.

- <sup>a. b.</sup>  
15. Juvenis, Godefridus: Utrum in alienatione bonorum  
pupilli vel minoris necessaria sit authoritas?  
16. Vater, Christianus: De utilitate humanae procreationis  
17. Wenter, Fr. Baltheus, Ordinis juridici... Decanus?  
benevolae lectori s. p. d. (ad Disputationem Fr. Phil.  
Neringii invitatus)  
18. Wenter, Fr. Baltheus, Ordinis juridici... Decanus:  
benevolae lectori s. p. d. (ad Disputationem inau-  
guralem Fr. Federici Schaefferi invitatus)  
19. Wenter, Fr. Baltheus, Ordinis juridici... Decanus:  
Lectori benevolae s. d. (ad Disputationem inauguralem  
Fr. Godefridi Neumannii invitatus).  
20. Wenter, Fr. Baltheus; ~~Ordinis~~ Ordinis juridici s. d.



14  
1762 24 1  
REGIÆ AC ELECTORALIS ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO AUGUSTO  
ELECTORATUS SAXON. HEREDE, &c. &c.

2499  
MORALITATEM  
TORTURÆ  
SUB PRÆSIDIO

*Nobilissimi Excellentissimique Viri*

DN. JOHANNIS FRIDERICI  
SCHARFII,

Philos. & J. U. Doctoris clarissimi, Comitum Palatini  
Cæsarei & Facultatis Philosophicæ Assessoris Primarii,  
nec non illustr. Fructiferæ pariter ac Teutonicæ  
Societatum Confortis, &c.

*Studiorum suorum Promotoris*  
*exoptatissimi,*

P. P.

JOHANN. GEORGIUS KÖSLITIUS,  
Lipsiënsis,

J. U. C. & Notarius Publicus Cæsareus,  
Disputationis hujus *Juridicæ*

Autor,

*ad diem XIX. mensis Julii*

H. L. Q. S.

WITTENBERGÆ

Literis JOHANNIS HAKIL, Anno Jubilæo MDCCLII.



REGIA AC ELECTORALIS ACADEMIA WITTENBERGENSIS  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCE AC DOMINO

DN. FRIDERICO AUGUSTO

ELECTORATUS SACRAE MAJESTATIS

MORALLIATUM

TOR TURAE

SUB PRESIDIO

Nobilissimi Friderici Augusti

DN. JOHANNIS FRIDERICI

SCHARFII

Philos. & J. U. Doctoris classissimi Comitis Palatini

Ordinis & Facultatis Philosophiae Aristotelis Praesidis

nonnulli Prædicatoris, Pastoris ad Thomam

Societatum Doctoris, &c.

Studiorum laetissime Promotoris

scripturam

JOHANN. GEORGII KÖSTLIS

l. p. g. e. n. s. i. s.

J. U. C. & Notarius Publicus Celsarum

Diplomaticis hujus Juridicæ

Autor

ad aum. 17. X. mens. Julii

H. I. G. E.

WITTEBERGA

Lucius JOHANNIS HARTI, Anno Jovis MDCCCLII





Q. D. B. V.

PROOEMIUM.

**M**iraberis forte, Lector Benevole, quæ causa sit, quod hanc de *Tortura moralitate* dissertationem jam moliar, quum facis superque tum à *Clarissimo Carpzovio*, tum aliis rerum Criminalium Doctoribus & Scriptoribus laudatissimis Jurisprudentia criminalis, & in specie Doctrina de Tortura ad amissum, ut dici solent, fuerit tradita. Nec inficias ire possum, quam plurimos extare libros & Volumina, quæ Criminalia exhibent, quæque luculenter satis cruditeve de Torturâ ejusque requisitis legitimis egerunt. Non tamen possumus non etiam fateri, nullum horum Criminalistarum ex professo in suis libris absolvisse materiam de *Tortura moralitate*, sed incidenter potius ejus mentionem injecisse. Hinc cum Dissertatio quædam scribenda esset, ex libertate academicâ hanc materiam pro virili elaborandam mihi sumpsi, quæ si non omnibus, nonnullis tamen placere poterit. Talem autem observabimus ordinem: Primo evolvemus vocabulorum definitionem tam realem quam verbalem, secundo loco Thesin nostram, Torturam scilicet in Republicâ Christiana tolerandam esse, rationibus & fundamentis corroborabimus. Thesi VIII. argumenta contraria dissentientium proponemus, additis pro virili responsionibus; tandemque quæ de Torturâ in genere notanda sunt, in summâ addere animus

erit. Faveat modo Summam Numen Labori huius Academiae, cui nos nostraque studia commendamus.

### Thesis I.

Lubet igitur, antequam rem ipsam aggredimur, vocabulorum varias acceptiones, definitionesque imprimis reales praemittere. Torturae autem vocabulum variè accipi potest. Vel enim denotat actum istum, quo Reus per tormenta quaeritur, omnes huius actus circumstantias & requisita involvens: quo sensu etiam à Doctores plerumque accipitur, licet rarius torture vocabulum in iure nostro adhibeatur, substitutis in ejus locum *Questionis & tormentorum* vocibus, *vid. tot. s. ff. & C. d. quest.* Sumi porro potest vocabulum *Torturae* pro consequentiâ actus Torturae seu cruciatibus per tormenta tortae personae illatis, quae acceptio classicis imprimis autoribus non infrequens est. Denotat porro Torturae vocula instrumenta in actu isto Torturae adhibenda, quae itidem acceptio, nonnullis Autoribus non inusitata esse solet. Tandem valde improprie communis loquendi usus *torturam* pro ipsis quaestionibus seu interrogationibus à Iudice instituendis adhibet, confundendò idem actum Torturae cum interrogationibus. Maxime enim ab ipsis cruciatibus tormentisve interrogatio differt, cum haec per se nullum inferat corpori damnum vel cruciatum, *vid. L. 15. §. 41. ff. d. injur. l. f. c. d. quest. L. 11. §. 21. ff. eod. L. 6. 7. 9. C. eod. Boccr. d. quest. C. 1. n. 12.* Varias vocabuli quaestionis acceptiones vide *apud Eckolt. ad tit. ff. d. quest. §. 1. Calvini, in Lex. Jurid. sub vocab. Torturae.*

### Thes. II.

Moralitatis vocabulum nunc sequitur. De huius derivatione & definitione nominali ut multa differamus, non opus erit. Sufficit impraesentiarum annotasse, nos hic per

per Moralitatem intelligere Legum five sint Naturalium,  
Gentium vel Civilium præceptionem, prohibitionem vel to-  
lerantiam, uti passim hæc *Moralitatis* acceptio à Juris natu-  
ralis aliisque Doctoribus inculcatur, vid. *Puffend. de Jure N. G.*  
*& Civ. Lib. I. c. 1 & 2.*

### Thef. III.

Missis his ad definitionem Realem progredimur. Variè  
autem Tortura à Doctoribus definitur, uti videre est  
apud *Carpz. Pr. Cr. quest. 117. n. 16. seq. & alios.* Nos eam cum  
aliis definimus, quod sit interrogatio percruiciatus corpori  
indiciis satis gravati ex justâ causâ à judice competente illa-  
tos ad eruendam veritatem legitimè instituta, vid. *L. 10. & 12.*  
*C. de quest. l. 151. ff. de quest.* Moralitatem autem quod atti-  
net, eam sequentem in modum definimus, quod scilicet sit  
qualitas seu conditio à Legibus rei certè indita, juxta quam  
res ista vel toleranda recipienda vel rejicienda venit, vid.  
*Puffend. supra* allegato Locò.

### Thef. IV.

Cognitâ vocabulorum Natura earundemque acceptio-  
ne, ad rem ipsam progressum paramus; perpendamus scilicet  
causas & momenta Legum, quæ Torturam five modum  
probandi eliciendive confessionem per tormenta toleran-  
dam, vel tollendam s'vadent. Ut autem controversiæ status  
rectè formetur, quæritur jam *an* *Judiciis & Reipublica* proba-  
tio per tormentum utilis sit vel *an* sit recipienda, si nondum factum  
sit, vel tollenda, ea jam dudum recepta. In enucleandâ au-  
tem hac quæstione Rationes & Leges pro tolerandâ  
Torturâ primum proferre, dissentientium porro argumen-  
ta

ta subnectere, tandemque unicuique horum suam respon-  
sionem pro ingenii modulò addere nobis cum proposuimus.

Thef. V.

Progrediamur igitur præsupponendò, delinquentibus  
promeritam imponendam esse poenam, (quod certe nemo  
sanâ ratione præditus negabit) eamque Reum luere teneri;  
quod etiam admittendo crimen jam tacitè voluit, quod  
si ita se habeat, incumbit certè Iudici, si alias iniustitiæ macu-  
lâ notari nolit, crimen inquirere, sufficientesque afferre pro-  
bationes, quibus Reum convincere queat. Et nostro supra  
allato asserto non obstat, quod in vitis irroganda sit poena  
(ex qua objectione nonnulli evincere conantur, delinquentes  
non teneri suscipere promeritam poenam) Non  
sequitur enim inde, reum promeritam poenam non ten-  
neri suscipere. In vitis certè irrogari potest poena, nihilomi-  
nus ad hanc suscipiendam obstrictis, *vid. Puffend. Lib. 8. C.*  
*3. §. 4. d. J. N. G. & C.* Contractus certè sæpissimè inviti  
nos implemus, & sæpius ad pacta servanda oborto quasi  
collo trahimur, nihil tamen obstat, quo minus vi Legum  
pactorum que promissis stare teneamur, *vid. Grof. d. J. B. &*  
*P. Lib. 11. C. 12. §. 3. & C. 21. §. 3. ibique Simon, Puffend. d. Tr.*  
*Lib. 3. C. 4.* Negare tamen non possumus, poenam pati maxi-  
mè corporis afflictivam & conventionem inita implere,  
si spectes proclivitatem voluntatis nostræ ad has diversas  
conventiones implendas, maximè adhuc differre. Ad hujus  
enim impletionem in dubiò sumus procliviores, quam ad  
illius susceptionem. In pœnalibus certè conventionibus  
non talis deliberatus adest animus quoad consequentia &  
consectaria criminis, sicut in conventionibus & contracti-  
bus propriè sic dictis, & homines plerumque hebetiores vix  
sibi

sibi persuadere possunt, Leges violandò se tacite quoque poenam insequentem voluisse.

### Thes. VI.

Cum ergo certum sit, poenam promeritam reo imponendam esse, eam que delinquentem licet invitum suscipere teneri, sequitur inde, quod supra jamjam admonuimus, delictum in quantum fieri potest probari debere. Hæc autem probatio diversimodè insti tui potest. Fit enim hæc vel per alios, eosque plane extraneos litisque per accidens saltem participes Testes scilicet ad minimum duos omni exceptione majores, *vid. Carpz. quæst. 114. n. 52. sequ.* quod genus probationis in Criminalibus maximum sibi locum vindicat, *vid. Carpz. qu. 116. per tot.* vel ipsum Actorem vel accusatorem, præstitò scilicet ab eo juramentò vel judiciali vel voluntariò imo etiam purgatoriò, ratione scilicet Exceptionum à Reo interpositarum, qui tamen modus probandi maximè per priora due juramenta in criminalibus rarius adhibetur, *vid. Carpz. Lib. 3. Resp. 44. in Proc. tit. 11. art. 1. n. 53. Brunnen. d. Proc. C. 23. n. 5.* Vel etiam fit probatio delicti Veritatisque erutio per Reum vel modo spontaneo, scilicet libere & sponte sua delictum fateatur cū suis circumstantiis, vel juramentò præ primis purgatoriò reo injunctò, *vid. Carpz. P. 1. C. 22. d. 18. § qu. 2. § 116 in Pr. cr.* Reliquæ enim juramentorum species, uti jam supra admonuimus, rarius vel planè non adhibentur in causis criminalibus, *vid. Gail. Lib. 2. Obs. 94. n. 3. Berl. P. 1. Concl. 74. n. 5.* Fieri porrò potest à parte rei probatio delicti per documenta & instrumenta; qui modus probandi, accedente scilicet suspecti confessione & Scripturæ agnitione, æquiparatur puræ Confessioni absque documentis factæ. Nam agnitione manus, uti in Civilibus ita & in Criminalibus, si plene scriptura pro-

probare debeat, hic etiam adesse debere, nullum dubium est, *vid. Ordinat. Pr. S. tit. 25. Carpz. p. 4. C. 44. d. 4. ibique Sent. & def. 9. qvā* deficiente, ejusmodi documenta indiciorum loco saltem sunt & cæteris paribus Torturam promovent, *vid. CZ. Pr. Cr. qv. 122. n. 71. In delictis enim, maximè capitalibus, luce meridiana clariores desiderantur probationes, vid. CZ. d. 1. qvæst. 116. jung. l. I. C. ad l. Corn. d. Sicar. l. 5. C. d. jurej. Restat denique probatio delicti, seu erutio veritatis per Reum ipsum modo adhibitò violentò deficientibus reliquis probandi modis, vid. Christin. vol. 4. decis. 204. n. 2. modo præcedant sufficientia indicia vid. Tr. Crusii de iudiciis, Boccr. & Zang. d. qvæst. & delictum vel per evidentiam facti vel alias conjecturas non leviores in criminibus maximè capitalibus (in his enim solis delictis, & quorum poena est corporis afflictiva, tortura locum habet, *vid. CZ. qv. 109. n. 9. sequ. Farinac. Pr. Cr. lib. 1. tit. 5. qv. 38. qui etiam rationes afferunt* perpetratum revera esse constet, *vid. l. 1. §. 24. ff. ad Sct. Syll. Constit. Cr. Carol. art. 20. CZ. qv. 119. n. 60. Qvæ indicia ita debent delictum ante oculos sistere, ut nihil amplius ad poenam irrogandam requiratur, quam Rei confessio, vid. CZ. qv. 120. & seq. l. 18. §. 1. ff. l. 8. §. 1. C. d. qvæst. Ordinat. Cr. Carol. art. 20. l. 12. 9. 10. C. d. qvæst. Carpz. d. 1. qvæst. 119. n. 64.**

### Thef. VII.

His concurrentibus requisitis Judex minime peccat, si reo dictet torturam, rectæ rationis Legumque positivarum hac in parte præscripta securus, *vid. Carpz. Pr. Cr. qv. 123. n. 23. & 24. qvæst. 117. cum seq. l. 2. C. quando provoc. non est nec.* Judici enim non solū principia naturalia, quæque in Tortura utramque ferme paginam faciunt, sed & Sanctiones Juris Civ. & positivi assistunt. Sic non tantum supra allegata

*loca*



*loca Juris Civ. & tot. tit. ff. & C. d. quæst. Sanctio pragmatica Imperii, Nemesis scilicet Carolina, Torturam, quatenus juxta harum Legum præscripta instituitur, confirmant, vid. d. Constit. Carol. art. 18. 19. 20. 21. cum seqq. usque ad art. 60. quam Sanctio- nem & nos in Electoratu Sax. toroqve Imperio R. G. sequimur, uti testantur quamplurima Respona Facultatis Wit- teb. pariter ac Scabinatus & Facultatis Lips. vid. CZ. quæst. 117. n. 51. 55. 56. & passim. Sed & Jus Gentium, seu ut clarius lo- quamur, jus Civile singularum Gentium, (nam Jus Gentium ita sumi licet, vid. Puffend. supr. all. Tr. Lib. 3. C. 6. §. 13. Licet aliter à Grotiò Jus Gentium accipiatur, vid. Grot. d. Jure B. & P. Lib. 3. C. 2. §. 2. n. 1. & 2.) in multis Imperiis & Regioni- bus Torturam receptam ostendit. De Romanis nullum prorsus dubium remanet, vid. Rosin. d. Antiquit. Lib. 9. C. 31. & t. i. ff. & C. d. quæst. quem modum eliciendi veritatem ut & plurima alia Romani à Græcis & in specie Athenien- sibus acceperunt, vid. Cic. in part. Orat. n. 51. L. 2. §. 4. ff. d. Orig. Juris. Sic apud Italos in usu esse Torturam testatur Damhoud. C. 37. Pr. Cr. quique ibidem receptum modum torquendi Reos recenset. De Gallis idem testatur Molina ad Consuetud. Paris. tit. des siefs. Et in dubiò præsumptio mili- tat pro receptione torturæ legitimè instituendæ, quippè Processus ejusdem naturali fermè nititur ratione. Cumque in plerisque Europæ regionibus Jus Romanum receptum sit, vid. Duck. Tr. d. Usu & Auroris. I. & Lib. 1. C. 2. Molin. cit. L. in dubiò etiam tortura recepta censetur, nisi aliud in Re- gione obineat, idque probari possit, qvalis prohibitio etiam occurrit in Anglià, ubi & Juris Rom. usus exulat, vid. Duck. d. Tr. Lib. 2. C. 8. part. 3. §. 6. 7. Consentit etiam nobiscum Augu- stinus d. Civit. Dei Lib. 19. §. 6.*

### Thef. VIII.

Ethæ pro virili allata argumenta & momenta facere possunt

possunt pro toleranda ad minimum Torturâ. Sed cum non  
ubique eodem modo hæc ratio eliciendi veritatem æstima-  
tur, imo in unâ alterave provinciâ ob differentium varias  
rationes plane abolita vel prorsus recepta non sit,  
operâ prærium fortassis erit causas & rationes abrogatâ vel  
planè non receptâ torturæ paulò penitius inspicere, re-  
sponsesq; in quantum ingenii vires permittent, addere.

### Thef. IX.

Inter illos autem, qui torturam per integram Regio-  
nem interdicit, primum sibi locum vindicant Angli eorun-  
demque Doctores, vid. *Duck. supr. all. l. §. 7. in f.* quique idè  
Torturæ locum dari non posse contendunt, quod reus seu  
in culpatus aut innocens aut nocens esse soleat, si prius est  
dicunt, cur homo dilacerandus, cum contra omnia jura sit,  
velle hominè innocentem ejusmodi cruciatibus exponere,  
hinc potius talem hominè mox absolvendū esse, concludunt,  
*per Can. 18. c. 23. qv. 5. l. 22. C. d. poen.* sin verò posterius sit, pergunt  
porro, Rectæ rationi justitiæqve convenientius est statim de-  
liquentem pro merita subijcere poenæ, cū injuriosum & dam-  
nabile sit, gravissimâ Tortura, quæ per se poenæ ad instar esse  
potest, reū prius velle afficere vid. *Nov. 134. C. 14. Menoch. q. arbi-  
trarij. 84. n. 2.* Sed hoc argumentum licet alias fat speciosum id  
convincere nequit, quod ejus Patroni volunt. Certum enim  
quidem est, quod torquendus aut nocens aut innocens esse  
soleat; sed hoc perfectè dici nequit ante confessionem per  
torturam prius eliciendam. Nam versamur adhuc in statu  
dubiò ignari an pro nocente an innocente proprie torquend  
haberi possit; licet indicia satis gravantia nos magis inclinent  
contra innocentiam pronuntiandi, maximè si ejusmodi  
indicia nullò modò, nec per conjecturas, enervare possit,  
qv 2

qva indiciorum purgatio nunquam suspecto deneganda est: cum favor defensionis in Jure nostro tantus sit, ut multa contra jura communia conspiciantur ibidem introducta, *vid. Carpz. d. quest. 115. n. 74. seq.* Nec putamus Anglos ex sola supra allegatâ ratione negligere in Judiciis Torturam, quin potius ex Ratione quâdam status causaque politicâ hoc fieri persvasi sumus.

**Thef. X.**

Contrariæ sententiæ Autores porro nobis objiciunt *Legem* 2. §. 3. ff. d. *quest.* ubi J. C. Ulpianus sic sentit: Plerique patientiâ seu duritiâ tormenta contemnunt, ut exprimi veritas nullô modo possit, Alii tantâ sunt impatientiâ, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint, ita fit, inquit porro, ut etiam torti variô modô fateantur, ut non tantum se, sed etiam alios comminentur, sive crimentur; huc usque Ulpianus. Et multi, qui hæc angustias sustinere coguntur, potius mori, quam vivere malunt, dicit *Nov. 134. C. 13. Zang. d. quest. in pres. n. 43.* Nec desunt certe exempla eorum, qui innocentes torti propter tormentorum gravitatem corporisque imbecillitatem crimen licet nunquam admissum confessi fuerint, *vid. Valer. Max. Lib. 8. Cap. 4.* Quod igitur attinet hoc argumentum, quod satis alias stringere videtur nostram hæcenus assertam opinionem, non potest non etiam eodem modo ac prius à nobis refelli, concedendo scilicet, quod multi impatientiâ ducti crimen licet innocentes confessi fuerint, è contra verò multi delictum licet perpetratum duritiâ imo interdum magicâ arte corpus obturando diflessi fuerint. Sed inde nondum sequitur, ergò Tortura per se abrogationis causam præbens est tollenda, Sequitur enim inde saltem, Torturam interdum propter unum alterumve accidens superveniens fallere Judicem. Alias certe & probatio per-

per testes, qui iidem fallere & falli possunt; probatio per documenta, quæ non raro falsificantur, ex iudiciis relegandæ forent, *vid. Ordinat. Proc. S. tit. 25. pr. & tit. 22. ejusdem Ordinat.*

### Theſis XI.

Ex his argumentis tanquam principalioribus, alia deducunt contrariæ ſententiæ Autores conſectaria. Dicunt enim Torturam tanquam rem diram, famoſam corporibusque humanis maximè noxiam, imo quandoque lethalem, prorfus deteſtandam eſſe, eoque magis, quod per eam homo ad imaginem divinam creatus excrucietur & quaſi excarnificetur, *vid. Auguſt. d. Civit. Dei Lib. 19. C. 6. Lang. d. quaſt. & Torturæ C. 1. n. 1.* Sed ſequitur inde ſaltem, caute & circumſpectè in torquendo reo eſſe procedendum, tormentave legitima & moderata eſſe adhibenda, *vid. L. 8. pr. ff. d. quaſt.* Si enim aliter dicere velis, nec pœnas aſperitate & gravitate ſæpiſſimè Torturam ſuperantes, reo eſſe imponendas. Neque contrariæ ſententiæ Patronis (inter quos nonnullos etiam referre poſſimus Theologos) patrocinari poteſt Creatio ad imaginem Summi Numinis. Conſequitur enim exinde id ſaltem: hominem ſummò hoc honore dignatum imaginem divinam ejuſque reliquias, Leges violandò, conſpurcare non debere; ſecus verò faciendò, incurere crimen læſæ Majeſtatis divinæ, promeritamque hinc pœnam evitare minimè poſſe. Imò poſito tortum eſſe innocentem (quod tamen vix fieri poteſt, iudiciis plenis & ſufficientibus aliud urgentibus) non poterit tamen prius de hac conſtare innocentia, priusquam in diſſeſſione ſua perfeveraverit, purgatis tali ratione iudiciis, *CZ. quaſt. 125. n. 3. Bocer. de quaſt. Cap. ſin. n. 1. quæ purgatio ſive innocentia*

tia probata civilis dici possit, in oppositione ad naturalem, quæ etiam ex postfacto supervenire potest, testibus scilicet antea corruptis, postea verò per aliam probationem falsis eorum depositionibus detectis. Positò porrò inculparum esse innocentem, Judici tamen Acta & probata hæctenus legitima secuto infortunium suum innocens iste imputare nequit, sed iudiciis, quibus vel per imprudentiam, vel aliâ ratione causam præbuit, *vid. Constit. Cr. Carol. art. 23. 30. Mascard. d. probat. Vol. 2. Concl. 904. Menoch. d. præsumpt. Lib. 9. præf. 48. n. 7.*

### Thef. XII.

Hæc sunt præcipua eorum argumenta, qui torturam maximè iudiciis & Reipubl. Christianæ noxiam & inutilem esse contendunt. Possunt etiam adhuc alia afferri dissentientiũ argumenta, quibus Torturæ usum & receptionem oppugnant, sed leviora sunt, & facili negotio ex Responsonibus jam jam datis refelli possunt. Labet nunc colophonis loco legitima Torturæ requisita in Summa recensere, licet præcipua supra jamjam, sed incidenter saltem attulimus.

### Thef. XIII.

Requiritur igitur ad Torturam legitimam 1) ut constet de delicto, vel directè v. g. in homicidio, in quo de corpore delicti per sensus constare poterit, cadaver scilicet humanum conspiciendo vel contrectando; in crimine incendii, combustas ædes contemplando & sic porrò. Vel indirectè, per conjecturas scilicet v. g. in delicto infanticidii, *vid. Cz. qv. 118. per tot. Constit. Carol. art. 3. § 60. quæqve Notitia corporis delicti diversimodè sumi potest, vid. Cz. d. l. n. 9. 10. seqv.*

2. ad Torturam legitimò modò instituendam requiritur,

ut alia deficient probationes, CZ. qv. 119. n. 64. sequ. (3. Necessesse est, ut perpetratum sit delictum, cuius poena est vel capitalis vel ad minimum corporis afflictiva. Absurdum enim esset, modum eruendi confessionem & probationem ipsa poenam esse graviolem, poenamque delicto non commensurari, vid. CZ. qv. 130. per sot. G. qv. 119. n. 7. sequ. (4. denique requiritur ad Torturam, ut adsint Indicia plena & sufficientia, tanquam requisita ad Torturam instituendam praecipua, L. f. ff. de quest. CZ. qv. 129. cum sequ. art. 20. Constit. cr. Carol. His indiciis plenis, opponuntur indicia minus plena. Illa alias dicuntur redliche und gnugsame Anzeugungen/ quaeque singula ad Torturam sufficientia habentur, vid. constit. Carol. art. 27. in f. art. 29. Rubr. Definiri possunt haec indicia plena, per argumenta delictum commissum ita representantia, ut praeter rei confessionem, nihil amplius desiderari possit. Minus plena vero, sunt argumenta delictum admissum minus plene & non sufficienter indicantia, vid. Menoch. d. praesumpt. Lib. 1. quest. 7. n. 1. sequ. & haec separatim sumpta ad torturam sufficientia non sunt, vid. CZ. qv. 120. n. 38. 39. Aliud est, si conjunctim concurrant, v. Constit. Carol. art. 25. 27.

#### Thes. XIV.

Sunt etiam adhuc alia circa Torturam notanda, quae tamen ad Torturam ingenere consideratam non requiruntur, sed in hypothese quasi spectantur. Sic gradus Torturae bene observandi veniunt, cum pro diversitate delictorum, personarum & indiciorum, varii quoque sunt torquendi modi speciesque Torturae, Carpz. qv. 117. n. 42. 43. 44. 50. 52. Deinde observandus quoque est modus exequendi Torturam, vid. Carpz. qv. 124. Tandem effectus etiam Torturae spectan-

ſpectandus venit, quæ omnia non minima ſunt circa  
Torturam obſervanda, *vid. Carpz. qv. 125.* quæ tamen  
limites & ſcopum Diſſertationis noſtræ excedunt. In  
genere adhuc de Tortura notandum: hunc modum  
eliciendi veritatem eſſe rem arduam & magni momenti,  
ubi certe non de glande legendâ, non de calce fodiendâ,  
ſed de ſanguine agitur humano, quique modus non  
raro Judices, qui corda delinquentium ſcrutari nequeunt,  
fallere poteſt, *vid. L. 7. 8. ff. d. quaſt.* (modo non patiantur  
falli ſemetipſos; aliàs certe effugere nequit talis Judex actio-  
nes injuriarum legis quæ Aquilix, *vid. Carpz. qv. 127.*) *conf*  
*Beſold. ſub voce Veritas. Frage;* ſed ne poenam pro meritis Rei  
effugiant, cumque aliud remedium erundæ Veritatis non  
ſuppetat, non poteſt non Judex hoc remedium tan-

quam legitimum juxta normam præſcriptam

adhibere, *v. L. 5. ff. d. poen. L. 7. ff. d. probat.*

*Menoch. d. præſumpt. L. 5. præf. 4.*

*n. 1. ſeqv.*

## S. D. G.

*Sphalmata, quæ ob feſtinationis neceſſitatem remanſerunt,*  
*L. B. optimâ interpretatione ipſe velit corrigere.*

Zeit siehet man wie Er / mein Freund / die Themis liebet  
Und wie Er sich mit Ruh in ihren Rechten über /  
In dem Er seinen Fleiß / den Er auf Sie gewant  
Mit grossen Lob und Ruhm der *Clio* macht bekant.  
Es wird die *Fama* Ihn zu hohen Ehren bringen /  
*Apollo* wird mit Lust von seinen Ruhm auch singen.  
Die drey verdritte Schaar / der ganze *Helicon* ,  
Bereiten eine Prohn zu den verdienten Lohn.  
Ich wünsche Glück dartzu / daß solches bald geschehe /  
Da mit der Vater noch mit grossen Freuden sehe /  
Wie *Themis* seinen Sohn nun zu erheben weis /  
Weil Er die Rechte liebt mit unverdroßnen Fleiß.

Johann Friedrich Scharff D.

So recht / Herr Köselig / dein sonst belobter Fleiß  
Mag niemahls stille seyn. Wie / deine Freunde / wissen  
Wie du der Rechten dich bisshero hast beflissen  
Mit sonderbarer Müß; Und weil auch solches weis  
Das liebe *Wittenberg* / so wird für deinen Schweiß  
Dir billig kommen zu die Ehre zu genießten /  
Wo mit die *Themis* pflegt die Arbeit zu verßüssen.  
Aufß fleiß und Tugend folgt doch gleichlich auch der Preiß.  
Wolan / wir wünschen dir: Es müße noch geschehen /  
Daß deine Eltern dich im *Doctor* Stande sehen /  
Und werde dann durch dich manch statlich *Werd* verübt.  
Zumahl wenn *Leipzig* sich wird über dich ergehen /  
Und dich mit diesen Ruhm zum *Beyspiel* Allen setzen.  
Es gehet dem also der *Wissenschaften* liebt.

Wie es hiermit bezeugen des neuangefangenen *Collegii*  
i am *Philosophici quàm Juridici Doctoris Scharffi*  
Sämtliche *Auditores*.



Ulrich Henberg, Diss., 1702 S-2-  
1703

ULB Halle

3

003 949 826



f

1702

1703





Inches

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

P 499

14

1702

24  
21

REGIÆ AC ELECTORALIS ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DN. FRIDERICO AUGUSTO  
ELECTORATUS SAXON. HEREDE, &c. &c.

**MORALITATEM  
TORTURÆ**

SUB PRÆSIDIO

*Nobilissimi Excellentissimique Viri*

DN. JOHANNIS FRIDERICI  
SCHARFII,

Philos. & J. U. Doctoris clarissimi, Comitis Palatini  
Cæsarei & Facultatis Philosophicæ Assessoris Primarii,  
nec non illustr. Fructiferæ pariter ac Teutonicæ  
Societatum Consortis, &c.

*Studiorum suorum Promotoris  
exoptatissimi,*

P. P.

JOHANN. GEORGIUS KÖSLITIUS,  
Lipsiensis,

J. U. C. & Notarius Publicus Cæsareus,  
Disputationis hujus Juridicæ  
Autor,

*ad diem XIX. mensis Julii*

H. L. 2. S.

WITTENBERGÆ

Literis JOHANNIS HAKII, Anno Jubilæo MDCCLII.

